



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 11. Acta Concilii Aquilejensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. tuerunt, ut Ariani in forma iudicii con-
 A. C. 381. demnari possent, acta esse scribenda, jus-
 seruntque, omnia, quæ dicebantur, notis
 consignari. Horum actorum initium ita
 habet.

§. XI.

Acta Concilii Aquilejensis.

*Syagrion, & Eucherio Consulibus, tertio
 Nonas Septembris, id est, tertia ejus-
 dem mensis, anno 381. in Ecclesia seden-
 tibus Episcopis, nempe Valeriano, Am-
 brosio, Eusebio, & aliis, qui nominati fue-
 re, Ambrosius dixit: Diu jam sine officio
 disputavimus, quia vero Palladius, & Se-
 cundianus aures nostras tot blasphemis
 torquent, ut posteris fidem facturi non se-
 mus, & ne fraudibus locus sit, eaque popu-
 lis tot Episcoporum testimonium omni
 exceptione majus sit, nihilominus optimum
 factu visum, si dicta omnia in acta refer-
 rentur. Edicite igitur, sancti Episcopi,
 an id vobis placeat? omnes Episcopi di-
 xerunt: Placet! Tum S. Ambrosius Dia-
 conum, cui nomen Sabinianus, Imperatoris
 Epistolam ad convocandum Conci-
 lium legere iussit, & S. Ambrosius dixit:
 Audistis Imperatoris mandata. Noluit
 Episcoporum Auctoritati detrabere, quos
 Scripturarum Interpretes, & in hac cau-
 sa arbitros agnoscit. Cum igitur Syno-
 daliter*

daliter congregati simus, ad ea, quæ vobis ^{Sæculum IV.} proponuntur, respondete! prælecta fuit A. C. 381.
 Arii Epistola, & si vultis, iterum legetur. In ipso exordio apparent blasphemiam, dum dicit, solum Patrem esse æternum. Si creditis Filium Dei non esse æternum, demonstrate, quocumque voletis modo! si creditis, condemnandam esse hanc propositionem, condemnate! ecce ad manus sunt Evangelium, S. Paulus, & omnes Scripturæ. Probate, ut lubebit, Filium Dei non esse æternum.

Palladius dixit: Vestris consiliis effecistis, ne Concilium esset universale, sicut ex Epistola Imperatoris, quam legistis, cognoscitur. Absentibus Confratribus nostris, respondere non possumus. S. Ambrosius dixit: Quinam sunt Confratres vestri? Respondit Palladius: Episcopi Orientales. S. Ambrosius: Verumtamen, quoniam superiorum temporum usus fert, ut Orientales sua Concilia in Oriente, & Occidentales in Occidente celebrarent, nos Occidentales Aquilejæ Imperatoris jussu congregati sumus. Denique Italiæ Præfectus suis Epistolis declaravit, in potestate Orientalium esse, ut & ipsi ad hoc Concilium venirent, si vellent, cum vero consuetudinem, de qua dixi, non ignorarent, venire noluerunt. Palladius: Gratianus Imperator noster mandavit Orientalibus, ut venirent; an negas? id enim no-

Seculum IV. *bis ipsis affirmavit.* S. Ambrosius: *Mac-*
A. C. 381. *davit utique, eo ipso, quod non prohibu-*
rit. Palladius: *Vestra sollicitationis*
impedimento fuere, ne venirent, & m-
dato conficto, Concilium distulistis.

§. XII.

Æternitas Filii Dei.

Sanctus Ambrosius dixit: *Ne longius*
discurramus! Respondete jam! an te-
ne dixit Arius, solum Patrem esse æter-
num? an secundum Scripturas locutus
est, vel non? Palladius: *Nolo respondere.*
 Constantius, Episcopus Arausicanus, di-
 xit: *Jam non respondes, postquam tamdiu*
blasphemasti? Hæc de disputatione præ-
 cedente, antequam acta scriberentur, ac-
 cipienda sunt. Eusebius Bononiensis
 subjunxit: *Fidem tuam simpliciter enun-*
tiare tenebis; si Paganus te interrogaret,
quomodo in Jesum Christum credas?
nunquid oporteret te Jesum Christum te-
rubescere? Sabinus, Episcopus Placenti-
 nus, dixit: *Vos instantissime urssis, ut*
conveniremus hodie, non exspectatis reli-
quis fratribus nostris, qui forte venissent.
Itaque non licet vobis, quod semel plu-
cuit, retractare. An dicitis Christum
creatum esse, vel Filium Dei esse æternum?
 Palladius: *Diximus, nos venturos, ut*
convincamus vos, pessime a vobis factum,
quod Imperatorem deceperitis. S. Am-
 brosius: